

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Roboamvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

honem diluxisset, dum eum diligenter contemplor, anim-
Regem aderti non esse eum, quem pepereram. *A.* Non
ote, ita est, quin meus est, qui vivit: tuus, qui interiit,
obis se. *M.* Imo vero tuus mortuus est, meus vivit. *A.*
eo, pr. *M.* Non enim vero mentior, sed dico,
am, tun quod res est. *S.* Utraque suum esse affirmat
V. Fax cum, qui vivit, de mortuumque repudiat. Cedo
modur huic mihi tu cultrum, partimini aequaliter puerum
sque fo viventem, & date utriusque dimidium. *M.* Obse-
ero te Rex, detur ei potius totus, quam intereat.
A. Nec meus esto, nec tuus: placet dividi me-
dium. *S.* Eum adjudico priori, quæ perimi yet-
tat: nam ea mater est.

SENTENTIA.

*Ad plerasque lites dijudicandas opus est divina
sapientia. Judici multa simulanda sunt, ut sapien-
ter judicet. Et verum & fidem amorem res ipsa
detegit.*

ROBOAMVS. I Reg. 12.

ARGUMENTVM.

Roboamus repudiato senum sano consi-
lio, juvenum insanum consilium sequitur,
de opprimendo majori insuper servitute
populo, quam ipsius pater Salomo oppres-
serat.

Roboamus, Senes, Juvenes.

*P*etiit a me universum Israëlitarum vulgus, ut,
quoniam meus pater jugo eos pressisset, ego
illius servitutis gravitatem levarem: se enim ita
demum



deinum mihi obedituros. Nunc ex vobis, senscire velim, quid mihi suadeatis, ut eis respondeam super hac re. S. a) Si hodie populo obsequutus fueris, eique obtemperans humane responderis, habebis cum semper obtemperantem R. Audio. Nunc exite paulisper foras. b) Introducantur juvenes, æquales mei, mecumque educati. Quid mihi autores estis juvenes, ut populo respondeam petenti, ut sibi a gravitate servitutis, qua sint a patre meo oppressi, relaxem aliquid? J. Tu vero respondeas, tuorum membrorum minimum crassius esse, quam tui parentis medium corporis truncum. Quod si ille eos gravi jugo pressit, te pressurum graviore. Si eos scuticis cæcidit, te eos scorpionibus concussum. R. Probe: vestrum mihi consilium magis probatur, quam senum: itaque id sequar.

SENTENTIA.

Senum propria est prudentia: juvenum temeritas. Stulti stultorum consilii libenter obsequuntur.

SAREPHTHANA. I Reg. 17.

ARGUMENTVM.

Elias missus a Iova, Sarephthanam mulierculam, perpetuata ejus farina & oleo, a fame tuetur.

Elias,

- a) Principis humanitate & æquitate retinetur populus: iniquitate alienatur, & ad defectionem impellitur.
- b) Qui bonum consilium nactus aliud querit, malum querit.

